



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Marculfi Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

LII. Qualiter pro natiuitate filij Regis, ex ordinatione dominica, Domesticus de villis regiis, ingenuitates facere debeat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

numero amicorum ferant suffragia  
& vnde tibi praesentium portitores,  
sodales mei, famuli vestri suggesse-  
rint, pie ob audientes effectui man-  
cipetis. Vale vigor atque tuorum  
decus amicorum; omnipotens Do-  
minus pietatis, ad Ecclesiarum pro-  
fectum per multa spatia tempo-  
rum, vos conseruare & custodire di-  
gnetur.

LII. *QUALITER EX ORDI-  
natione Regis, pro nativitate filij sui,  
Domesticus de villa Regis per  
suam epistolam relaxat  
ingenuos.*

**E**Go in Dei nomine ille Dome-  
sticus, ac si indignus gloriosis-  
simi Domini illius Regis super vil-  
las ipsius illas, illi ex familia domi-  
nica de villa illa. Dum generaliter  
ad omnes domesticos Regis ordi-  
natio processit, pro natiuitate dom-




190 MARCVLFI MONACHI  
nicelli nostri illius, vt à Domino  
melius conseruetur, de vnaquaque  
villa fiscali tres homines ex seruien-  
tibus, ex vtroque sexu, à seruitio la-  
xarentur, & nos ita faciendum ob  
hoc ordinationem recipimus. Pro-  
pterea te per hanc epistolam, sicut  
mihi iussum est, ab omni vinculo  
seruitutis absoluo. Ita vt deinceps  
tanquam si ab ingenuis parentibus  
fuisse procreatus vitam ducas in-  
genuam: & in nullo seruitio, nec à  
nobis, nec à successoribus domesti-  
cis, nec à quocumque de parte fisci  
penitus in seruitio inclinari nõ pos-  
sis: sed per hanc epistolam ingenui-  
tatis, sicut nobis iussum est fieri, be-  
nè & integrè ingenuus cunctis die-  
bus vitæ tuæ debeas permanere. Si  
quis verò te de statu ingenuitatis  
tuæ impulsare voluerit, inferat tibi  
cum cogente fisco auri libram I. &  
quod repetit vindicare non valeat;



sed præsens epistola firma permaneat; stipulatione subnixa. Actum ibi, sub die illo, anno illo, Rege illo, superscripto illo domino nostro Rege.

*Marculfi formularum finis.*





Faint, illegible text visible through the paper, likely bleed-through from the reverse side. The text is arranged in several lines and appears to be in a historical script.